



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmma Totivs Theologiae S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris Angelici Ordinis Prædicatorum

Secvndæ Secvndæ Partis Volumen Secundum

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Romae, 1619

Vtrum ironia sit minus peccatum quàm iactantia? 2

urn:nbn:de:hbz:466:1-38762

humanam: quia scilicet humana contemnit quæ hominum sapientia quærit. Vnde & ibidem subdit, Et sapientia hominum non est mecum. Et postea subdit, Et noui sanctorum scientiam. Vel potest dici sapientia hominum, quæ humana ratione acquiritur: sapientia verò sanctorum, quæ ex diuina inspiratione habetur. Amos autem negauit se esse prophetam origine, quia scilicet non erat de genere prophetarum. Vnde & ibidem subdit, Nec filius prophetæ.

Ad secundum dicendum, quòd ad bonitatem mentis pertinet, vt homo ad iustitiæ perfectionem tendat. Et ideo in culpam reputat, non solum si deficiat à cõmuni iustitia, quod verè culpa est: sed etiam si deficiat à iustitiæ perfectione, quod quandoque culpa non est. Non autem culpam dicit, quod pro culpa non recognoscit: quod ad ironiæ mendacium pertinet.

Ad tertium dicendum, quòd homo non debet vñ peccatum facere, vt aliud vitet. Et ideo non debet mentiri qualitercumque, vt vitet superbiam. Vnde

**refertur Aug. * dicit super Ioan. Non ita caueatur arrogantia, vt veritas relinquatur. Et Gregor. † dicit quòd incaute sunt humiles, qui se mentiendo illaqueant.*

*† lib. 26.
Moral. c.
2. nō pro-
cul à f.*

*583
locis sup.
a. 1. indu-
ctis.*

*lib. 4. c. 7.
no. 5.*

ARTIC. II.

Verum ironia sit minus peccatum quàm iactantia?

AD secundum sic proceditur. Videtur, quòd ironia non sit minus peccatum quàm iactantia. Vtrumque enim est peccatum, in quantum declinat à veritate: quæ æqualitas est quædam. Sed ab æqualitate non magis declinat qui excedit, quàm qui dimi-
nuit. Ergo ironia nō est minus peccatū quàm iactantia.

¶ 2 Præterea, secundum Philof. * ironia quandoque iactantia est. iactantia autem non est Ironia. Ergo ironia non est minus peccatum, quàm iactantia.

¶ 3 Præterea, Prouerb. 26. dicitur, Quando submit-
terit vocem suam, ne credideris ei, quoniam septem
nequitiz sunt in corde illius. Sed submittere vocem
pertinet ad ironiā. Ergo in ea est multiplex nequitia.

SED

SED contra est, quod Philof. dicit in * 4. Ethico. *2. 7. 10. 5.*
quod irones, & minus dicentes, gratiores secundum
mores videntur.

RESPONDEO dicendum, quod sicut supra
dictum est *, vnum mendacium est grauius altero. *9. 100. 4.*
Quandoque quidem ex materia, de qua est: sicut men- *2. 6. 4.*
dacium quod fit in doctrina religionis, est grauiissi-
mum. Quandoque autem ex motiuo ad peccandum:
sicut mendacium perniciosum est grauius quam offi-
ciosum, vel iocosum. Ironia autem & iactantia circa
idem mentiuntur, vel verbis, vel quibuscumque exte-
rioribus signis, scilicet circa conditionem personæ.
Vnde quantum ad hoc, æqualia sunt. Sed vt plurimum
iactantia ex turpiori motiuo procedit, scilicet ex ap-
petitu lucri, vel honoris. Ironia verò ex hoc, quod
fugit (licet inordinate) per elationem, alijs grauis esse.
Et secundum hoc Philofophus * dicit, quod iactantia *li. 4. Eth.*
est grauius peccatum, quam ironia. Contingit tamen *2. 7. 8. 5.*
quandoque, quod aliquis minora de se fingit ex ali-
quo alio motiuo, puta, ad dolose decipiendum: &
tunc ironia est grauior.

Ad primum ergo dicendum, quod ratio illa pro-
cedit de ironia, & iactantia, secundum quod menda-
cij grauitas consideratur ex seipso, vel ex materia
eius. Sic enim dictum est, quod æqualitatem ha-
bent.

Ad secundum dicendum, quod duplex est excel-
lencia. Vna quidem in temporalibus rebus, alia ve-
rò in spiritualibus. Contingit autem quandoque quod
aliquis per verba exteriora, vel signa præterdit qui-
dem defectum in exterioribus rebus: puta per ali-
quam vestem abiectam, aut per aliquid huiusmodi. Et
per hoc ipsum intendit ostendere aliquam excellen-
tiam spirituales: sicut Dominus de quibusdam dicit
Matth. 6. quod exterminant facies suas, vt appareant
hominibus ieiunantes. Vnde isti simul incurrunt vi-
tium ironiæ, & iactantiæ, tamen secundum diuer-
sa: & propter hoc grauius peccant. Vnde & Phi-
loso-
Sec. Sec. Vol. ij. R r

6. 7. ad fi
10. 4.

lofophus dicit in 4. * Ethicorum, quod & ſuperabun-
tia, & valde, defectus iactantium eſt. Propter quod
& de Auguſtino legitur, quod neque veſtes nimis
pretioſas, neque nimis abiectas habere volebat:
quia in vitroque homines ſuam gloriam quaerunt.

Ad tertium dicendum, quod ſicut dicitur Ecclē. 19.
Eſt qui nequiter ſe humiliat, & interiora eius plena
ſunt dolo. Et ſecundum hoc Salomondoquitur de eo
qui ex doſa humilitate nequiter vocem ſuam ſub-
mittit.

QVÆST. CXIV.

De Amicitia, qua affabilitas dicitur, in duos arti-
culos diuiſa.

DEinde conſiderandum eſt de amicitia, qua affa-
bilitas dicitur; & de vitijs oppoſitis, quae ſunt
adulatio, & litigium.

¶ Circa amicitiam autem, ſeu affabilitatem quaeruntur duo.

¶ Primo, vtrum ſit ſpecialis virtus?

584

¶ Secundo, vtrum ſit pars iuſtitiae?

ARTIC. I.

Vtrum amicitia ſit ſpecialis virtus?

Sup. q. 22

a. 3. ad 7

Et 3. diſ.

27. q. 2.

a. 2. ad 1.

Et di. 34.

q. 1. ar. 2.

ad 8.

Et virt.

q. 3. ar. 5.

ad 5.

q. 2. a. 2.

* li. 8. c. 3

† c. 4. p. 1.

* c. 6. pa.

rtū ante

med. t. 5.

† c. 6. t. 5.

AD primum ſic proceditur. Videtur, quod amicitia non ſit ſpecialis virtus. Dicit enim Philoſophus in 8. * Ethicorum, quod amicitia perfecta eſt, quae eſt propter virtutem. Quaelibet autem virtus eſt amicitiae cauſa: quia bonum omnibus eſt amabile, vt Dionyſius dicit 4. † cap. de diuin. nomin. Ergo amicitia non eſt ſpecialis virtus, ſed conſequens omnem virtutem.

¶ 2. Præterea, Philoſophus dicit in 4. * Ethicor. de tali amico, quod non in amando, vel inimicando recipit ſingula, vt oportet. Sed quod aliquis ſigna amicitiae oſtendat ad eos quos non amat, videtur pertinere ad ſimulationem, quae repugnat virtuti. Ergo huiuſmodi amicitia non eſt virtus.

¶ 3. Præterea, Virtus in medietate conſtituitur, prout ſapiens determinabit; ſicut dicitur 2. † Ethicor.

Sed